

et laicos. uirgines. et uigatos i utroque sexu
admittes. quanta sit apud dominum meriti explu-
ribus paliquos ipsorum patris miraculis in-
notescit. Conuertebantur etiam uirgines ad per-
petuum celibatum. inter quas uirgo deo karissima
CLARA ipsa. plantula prima. tanquam flos
uernas et candidus odorem dedit. et tanquam
stella prefulgida radiauit. Hec nunc glorifi-
cata in celis. ab ecclesia digne ueneratur in ter-
ris. quia filia fuit christi. sancta pater francisci pau-
perum. et mater pauperum dominorum. Multa etiam
non solum deuotione et puncti sed et perfectionis
christi desiderio inflammati omni mundanorum uani-
tate precepta. francisci uestigia sequebantur.
Et cotidianis succrescentes profectibus. usque
ad fines orbis terre celeriter puenerunt. Fa-
ciebat namque sancta paupertas quam sola defere-
bant presumptibus. ipsos ad omnem obedientiam
promptos. robustos ad labores. et ad itinera ex-
peditos. Et quia nichil terrenum habebant
nichil amabant. nichilque timebant amittere.
Securi erant ubique. nullo pauore suspensi.